FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

EPITHALAMIA || IN HONOREM || NVPTIARVM ERV=||DITIONE ATQVE VIRTVTE || præstantiss. Domini STEPHANI viri Pru-||dentiss. MAVRITII HAIIERI || Reipub. ...

Haiier, Stephan

Helmstadii, 1589

VD16 ZV 30743

ALIVD.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149622

Visual Library

ALIVD.

GRandia facta ſenex: iuuenis benè cantat amores:
Nunc Veneris canto: grandia facta ſenex.
Eſt aliquid dandum; iuuenis iuuenilia tractat:
Oſcula fert iuuenis: verbera fert iuuenis?
Verbera verberibus iunguntur, & oſcula labris:
Oſcula dat Sponſo ſponſa pudica ſuo.
O quoties opto Venerem, Venerisq́; fauorem:
Dura Venus nobis, eſt Venerisq́; puer.
O quoties opto tendat mihi retia vterq;,
Eſt tamen ad noſtras ſurdus vterq; preces.
Inſidioſa Venus nobis & filius aſper.
Durior eſt Genetrix, vitricus eſtq; puer.
Inuida diuitias nobis fortuna negauit,
Sum foris in ſtudijs, ſum foris in Venere.
Sunt HOIERE tibi ſat fauſta Cupidinis arma.
Eſt facilis votis & Cytherea tuis.
Tenderet optabas vt retia caſta Dione,
Incidit in caſſes præda petita tuos:
Incidit heroina, pater quam protulit heros
HESHVSIVS, noſtræ lausq́; decusq́; SCHOLAE.
Qui Chriſtum profitebatur, dum vita manebat:
Gaudebatq́; rudes erudijſſe viros.
Hinc nitet in cœlo, cœlo gratiſſimus hoſpes,
Qualiter Eoæ ſtella micat Veneris?
Hic ſatis inſtituit caſtà cum coniuge ſponſam,
Quâ regat arte domos, & colat ipſa virum.
Et quæcunq; decent matronam noſſe futuram,
Erudijt genetrix, erudijtq́; pater.
Quid moror? electam complectere ſponſe puellam,
Votaq́; des Veneri, votaq́; miſſa feras?

Ad-

Adueniant Charites: creſcat numeroſa propago,
Ardeat & licitis flammula caſta modis.

M. HERMANNVS PLASSIVS.

ALIVD.

MVſarum cœtu comitatus Apollo ſedebat
Nuper ad Aonij loca iucundiſsima montis
Edidit argutâ carmen ſic voce ſonorum,
Cum Muſis celebret lectos vt ſponte iugales
Quos cum dilectâ modo ſponſe ſubibis eoſdem.

CALLIOPE.

Aureus incedens ſicut ſol nocte fugata
Fulgenti ſuperat ſtellas ſplendore micantes:
Vt cum cedit hyems glacialibus aſpera ventis
De pulcro nectit lætam ver flore coronas:
Sic tua non paruæ, iuuenis, ſibi conſcia laudis
Deuincit nomen multorum fama per vrbem.
Ergò tibi canimus meritæ præconia laudis,
Es ſiquidem veros non auerſatus honores,
Dum modò legitimi petis alta cubilia lecti,
Expetis & ſuauem propriâ cum coniuge vitam
Scilicet vt clarum tribuatur munus amanti,
Cum doctas totâ coluiſti mente ſorores
Atq; fuit gratum tibi nil niſi vera voluptas.

CLIO.

Ingenij ô iuuenis felix atq; integer annis,
O cultor patrij nominis atq; decus.
Ne fieri credas ſuperi ſine numinis aura
Quod venit in thalamum virgo pudica tuum.

Vir-